Quelle:
Copyright:

Cod. XIV. decr.

1.
2. 1.

Membran. Fol.

Elegantissime scriptus, uti videtur Sec. 14. Continet

Calendarium Benedictinum.

1. Calendarium Benedictinum, ad exemplar Calendarii Mosacensis II^{di} concinnatum. Confer Frid. Altmanum de Calendariis pag. 159. item pag. 92. ubi ait, hoc Calendarium Mosac. II. duodecimo vel ineunte tertiodecimo Seculo descriptum fuisse. Ceterum nullum occurrit festum Sancti ex ord. Prodic. vel Minorum; nec commemoratio fid. defictorum; et V. id. May legitur: Udalschalci fundat. nri, quod ultimum manum contra„ tris nostri prodit.

Antiphonarius.

2.

Antiphonarium S. Gregorii per circulum ani, cum notis musicis, eodem modo et ordine, quo editus est a Pamelio (a) usque ad dominicam 23. post Pentecosten. Huic subjunguntur alii Antiphonarii /: quos Pamelius non habet :/ nempe, de Apostolis, de Martyribus, de uno Martyre, de Confessoribus, de virginibus, de B. M. V. Post sequuntur iteratis vicibus verosimiliter pro diversitate cantus Kyrie eleison, gloria et credo, tum Missa de venerabili sacramento, hymni Missarum seu Sequentia et prefationes.

(a) Liturgici latini T. 2. p. 62.

Antiphonarius liber dicitur, qui Antiphonas /: Missarum introitus :/ gradualia, et responsoria continet. Appellatur etiam a Graduali Graduale, a responsoriarius, troponarius vero, qui continet tropos, id est, cantus. Ediderunt illum Gussanvillous, Pamelio. Cudinus Tom. I. Sect. VI. col. 1506. eum inter apocrypha rejecit, adscribens cuidam monacho S. Dionysii Sec. XI. v. Sequentis; at Patres Mauriani in edit. opp. S. Gregorii T. 3. huic tanquam collectori vindicarunt. Nota musica maxime sunt similes iis, quas ex Cod. Ms. Seculi circiter XIV. exhibet Gerbertus de Musica Sacra T. 2. p. 62. Tab. XVII.